

ut vestimenta ejus ne ardeant? Quod Salomon prædictis cernitur impletum: ardor ^A
mentis in flamas erumpit, amor fragrans omnem moderationem non recipit,
modum nescit, opportunitatem non querit, non attendit ordinem aut legem, si-
lentium rumpit; ex abundantia enim cordis os loquitur¹, silere non potest cum
totius suavitatis odorem sentit. Adest jubilus cordis et strepitus oris, junguntur
motus gaudiorum et sonus labiorum, excitant voluntatum et vocum consonantia. ^B
Fratres enim canonici, quasi vir unus, velut uno spiritu, una anima, Spiritu
Sancto permoti, a felicitate inchoantes cantaverunt *O felix et cetera, Te Deum*
laudamus voce altisona eructaverunt², qua permoti plures in ambitu muropum
quiescentes velociter accurrerunt, et ultra modum admirantes, nichilominus con-
gaudentes, sanctas reliquias reverenter osculati sunt. Erat mixtum gaudium exul- ^C
cationis cum mœrore compunctionis. O dulcis mixtura quam caritas imperabat,
pietas commovebat! Voces in excelso resonabant, campanæ simul toto nisu pul-
sabantur.

Demum sanctæ reliquiæ integraliter, absque diminutione aliqua, simul in
scrinio fuerunt repositæ, ubi visa est res admiratione et relatu condigna, vide- ^D
licet ut scrinium ita decenter novo coaptaretur operi ac si artifices alterum alteri
infallibili mensura coaptassent, cum tamen antea moderni scrinium non vidis-
sent. Deinde ipsum scrinium optime communictum in capsam novam induxerunt,
et capsam in archam ligneam intulerunt, quæ super altare aliquantulum mansit,
sacerdotibus vestibus indutis sacerdotalibus adhibitis ad custodiam, ministerium ^E
et honorem. Prædictis vero intersuerunt fratres canonici circa quinquaginta,
Bonardus aurifaber et Petrus carpentarius; et qui viderunt testimonium perhi-
buerunt ut et vos credatis.

BREVE CHRONICON AD CYCLOS PASCHALES².

• 16 Maii. Obiit Blanca regina Franciæ.

• 16 Maii. Ludovicus de ultra mare rediit.

• 16 Maii. Obiit Innocentius III.

• 16 Maii. Tenuit Ludovicus curiam suam Parisius in die Pentecostes^b et dedit
filiam suam regi Navarræ^c.

• 16 Maii. Composuit pacem Henricus rex Angliæ cum Ludovico Francorum
rege.

• 16 Maii. Obiit Alexander papa IIII in die beati Urbani^c, et in die Decollatio-
nis Baptistæ^d electus fuit Urbanus papa, natione Trecensis.

• 16 Maii. Captus fuit Henricus rex Anglorum, et filius ejus Eduardus, et Ri-
cardus frater ejus a domino S. de Monteforti.

• 16 Febr. 1266. (N. 8.) Manfredus occiditur apud Beneventum a K. comite Indegavensi. ^e

• 16 Febr. 1266. (N. 8.) Hoc anno mortuus fuit rex Ludovicus Tunis.

• 16 Febr. 1266. (N. 8.) Hoc anno fuit concilium generale Lugduni.

¹ Cod. altisona eructaverunt.

² Edit. e cod. 2564 (q[ui] 4353.5, prius Colb. 4284).

³ Corr. 1254.

⁴ Theobaldi et Isabellæ nuptias anno 1257 celebratas
fusso constat; sponsalia autem biennio ante contracta pro-
bant litteræ anno 1255 mons Augusto date in quibus Mar-

garita Navarra regina Isabellum Theobaldi uxorem dicit
(Theo. Chart. J. 195). Quidam quidem cum ipso Joannis de
Jouville testimonio optimè concordat, qui hoc matrimonium
a rege Navarra petitiū fuisse narrat paulo post quam
beatus Ludovicus e partibus transmarinis rediit. (Vide to-
num nostrum XX, p. 289 d.)